



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 25. Diversæ factiones in Italia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

propriam suam Matrem trucidari jube- Sæcul. XV.  
 ret, & totum Mediolanensem statum nil A.C. 1410.  
 nisi cædibus, latrociniis, incendiis & sa-  
 crilegiis tam in urbibus quam ruri com-  
 missis funestasset. Tanta aviditate inno-  
 centum sanguinem sitiebat, ut neminem  
 vitæ suæ securum esse fineret, nulli æ-  
 tati, nec sexui, nec Personarum conditio-  
 ni parcens. Tandem vero cum vindex  
 Dei justitia tam crudele monstrum in  
 terris haud ultra ferret, factum est, ut in  
 ejus necem conjuratio conflari cœpisset,  
 & ipse ex concordi utriusque factionis,  
 Guelforum, atque Gibellinorum Optima-  
 tum sententia, dum ad Ecclesiam perge-  
 ret, occisus fuisset. Corpus ejus omnino  
 sepultura caruisset, nisi quædam mere-  
 trix hunc ultimum ei honorem deferri  
 curasset.

### §. XXV.

#### *Diversæ fæctiones in Italia.*

Tota reliqua Italiae pars desolata luxit  
 ob grassantem luem, & cruenti atque  
 intestini belli flamas, quas schisma  
 Guelfos inter Papæ partibus addictos, &  
 Gibellinos Imperatori ac sæcularibus Prin-  
 cipibus faventes nutriebat. Evidem  
 per solidos tres menses in Urbibus, &  
 ruri frequentissima visebantur agmina sole-  
 mni

Sæcul. XV.  
A.C. 1410.

mni ordine procedentium Virorum ac  
foeminarum omnis conditionis, Princi-  
pum & Prælatorum, divitum æque ac  
pauperum, qui saccis albis & oblongis a  
capite ad calcem defluentibus induiti, pu-  
blicas instituebant supplications, ut di-  
vini Numinis iram juste contra suum po-  
pulum excitatam precibus mitigarent.  
Quin imo & ipsæ Curiæ a forensi litium  
strepitu vacabant, omnesque jurisdictio-  
nis contentiosæ actus suspendebantur.  
Verum neandum advenerat miserendi tem-  
pus, & bellici furoris sedandi spes, sed  
continuato crudelitatis impetu exarere  
armorum studia, cunctaque iisdem cal-  
mitatibus vastabantur.

§. XXVI.

*Paria dissidia in Galliis.*

**N**ec feliciori tranquillitatis aura frue-  
batur Francia, ubi Ducis Burgundiæ  
factio adversus Aurelianensis partes  
plusquam vatiniano effervecebat odio.  
Inibant Bituricensis & Borbonius Duces  
Giani fœdus cum Aurelianensibus & Bri-  
tanniæ Duce, Alenconio, Claremontano,  
*Armagnac.* & Aremoricensi Comitibus, qui omnes  
Duci Aurelianensi vel amicitia juncti, vel  
*Montrelet.* contra Ducem Burgundiæ exulcerati e-  
rant. Ergo omnes isti ad Regem suos  
mittunt